

ζῆς γὰρ ἔτως, ὡς ἔδ' ἂν εἰς δῆλος ὑπὸ δεσπότη διαί-
 τώμενος μείνειε, σιτία τε σιτῆ καὶ ποτὰ πίνεις τὰ
 φαυλότατα, καὶ ἱμάτιον ἠμφίεσαι ἔ μόνον φαῦλον,
 ἀλλὰ τὸ αὐτὸ θέρους τε καὶ χειμῶνος, ἀνυπόδητός τε
 3 καὶ ἀχίτων διατελεῖς. Καὶ μὴν χρήματά γε ἔ
 λαμβάνεις, ἃ καὶ κτωμένους εὐφραίνει καὶ κεκτημέ-
 νους ἐλευθεριώτερόν τε καὶ ἡδιον ποιεῖ ζῆν. Εἰ ἔν, ὡσ-
 περ καὶ τῶν ἄλλων ἔργων οἱ διδάσκαλοι τῆς μαθητῶν
 μιμητῶν ἑαυτῶν ἀποδεικνύουσιν, ἔτω καὶ σὺ τῆς συνόν-
 τας διαθήσεις, νόμιζε κακοδαιμονίας διδάσκαλος εἶναι.
 ¶ Καὶ

δεσπότη] Brodaeus corrigi iu-
 bet δεσπότη. Sed non magis au-
 diendus est quam Valkenarius, qui
 mox pro μείνειε vult restitui ὑπο-
 μείνειε, tolerare posset. Nam μέ-
 νειν est manere, non ἀποδιδράσκειν.

ἀλλὰ τὸ] Poterat excidisse vi-
 deri particula καὶ, quam comitem
 habere solet ἢ ἀλλὰ post ἔ μόνον.
 Verum ea abest interdum: ἔ μόνον
 ἑαυτὸν — τρέφει, ἀλλὰ πρὸς
 τέτοις etc. II, 7, 6. Alium ex
 Oppiano locum vid. ap. Bos. in
 Ell. p. m. 383. Plura ex nouo
 Foedere exempla collegit Noldius,
 notante Schoettgenio. *Hindeb.*

ἀνυπόδητος] Sic Ἀττικῶς, sed
 ἀνυπόδετος dicitur Ἑλληνικῶς.
 Vid. Interpr. ad Thom. Mag. h. v.
 Z. More philosophorum et omni-
 no seueriorum hominum, quam-
 vis illustrium et beatorum. v. Kü-
 ster. ad Aristoph. Nub. v. 103:
 Salmaf. ad Tertullian. de Pallio
 p. 416 f. *Ern.* Add. Perizon. ad
 Aelian. V. H. VII, 13. Z.

ἀχίτων] Hoc quoque seuerio-
 ris hominis indicium, vt multipli-
 catae tunicae molliorum. Itaque
 Cynici sine tunica pallium gesta-
 bant, imitati Socratem. vnde ap.
 Lucian. Lycinus Cynico, ita vt hic
 Antiphon Socrati, obiicit Ἀχί-
 των εἶ, καὶ ἀνυπόδητεῖς. quod ta-
 men non ita accipiendum, quasi
 nudum corpus velarint pallio, sed
 quod *interulam* tantum *tunicam*
 habebant (ὑπενδύτην), non autem

superariam (ἑπενδύτην), quam κατ'
 ἔξοχὴν tunicam vocarunt veteres,
 et qui eam non habebant, ἀχίτω-
 νας, vt docuit multis Salmaf. l. c.
 p. 70, f. 410, f. *Ern.* Fischerus
 ad Aeschin. p. 78, et Valkeparius
 suspicantur post ἀχίτων excidisse
 ὦν. Probat quidem Ernestus: sed
 ad Cyropaed. I, 5, 10 laudauit ex-
 empla Xenophontea, vbi διατελεῖν
 adiectiuo, in sensu participii, iun-
 gitur; imo interdum apud nostrum
 idem occurrit simpliciter: vt δια-
 τελεῖν ἐν εἰρήνῃ de Vectig. V, 2:
 ἐν ὁδῷ Exped. IV, 5, 9 etc.

§. 3. ὡσπερ καὶ τῶν] In edd.
 vett. excidit καὶ.

διαθήσεις] Ita et tu tuos disci-
 plina tua effeceris tui similes, et
 imitatores tenuitatis illius reddide-
 ris. Exquisita elegantia est in ver-
 bo διατιθέναι, hoc modo dicto,
 quam saepe non assecuti sunt grae-
 ce doctissimi. Et saepe ita dicitur,
 vt vix vno verbo latino exprimi
 possit. Itaque recte huius verbi
 vsus cognoscendus est studiosis,
 praesertim cum Graeci scriptores
 posterioris aetatis elegantiae stu-
 diosi prope venentur occasiones
 verbi ita similiue modo vsurpandi.
 Exempla plura congesse Viri ce-
 leb. Tib. Hemsterhusius ad Lucian.
 Nigrin. T. I, p. 81, vbi Solanus
 id verbum non intellexerat, et
 Wesselingius ad Diodor. Sic. L. I,
 p. 99: quae facile multis, qui at-
 tenderit, augebit. *Ern.*